

D. 6. 16

Gesels. & Georg. F.
N. 13.



Res a iudae
is scelestissim
is gesta, in mo
nte Stella
rum.


Res a iudaeis perfidissimis in monte

Stellarum gesta, ad illustres principes Henricum,
& Albertum germanos, duces Megapoléses incl
tos, Vādaloꝝ pꝛicipes, a Nicolao, Marefcalco,
Thurio, uerissime scripta, obiterque mira
cula inde facta, & perfidia
iudæorum max

ima.



MONS, STELLARVM



Nnus agit̄ur ferme uigelimus, principes illustres,
 ex quo, genus mortalium impium ac perfidissi-
 mum, Iudæi, eucharistiam nostri redēptoris Chris-
 ti, manibus suis sanguinariis inuaserunt, & monu-
 mentum hoc sacrosanctissimum religionis nostræ
 Catholicæ, eulogio supremo ab eo in cœna relic-
 tum, in quo sanctus ille sanctorum finem esse uoluit instrumenti
 ueteris, & exordium noui, abrogatis ita demum gentis eius sceles-
 tissimæ legibus ac priscis cæremoniis, per summam perfidiam, in
 monte cognomento Stellarum, sub ditione uestra tam cruciabili-
 ter lancinarunt. Quæ res quamuis tot fuerit ante annis gesta, nullo
 tamen certo adhuc authore in lucem prodiit, quam tanto libenti-
 us posteritati incorruptam tradere istitui, cum miraculis quæ a tem-
 pore eo sunt insigniter inde facta, quanto scio magis fidem habitu-
 ram eam cui minime possit a quoquam refragatum iri, q̄ uestra
 nuncupatiõe litteris chalcotypis publicatur, tametsi non parum ad
 operam hanc nauandam ipsum me moueat, & loci sanctitas, & mi-
 racula frequentissima, mortaliumque undecunque populariter ac-
 currētium sedula de re percontatio, cuius desyderantur ueri denar-
 ratores. Sed enim ut rem omnē a principio, ut est gesta, referamus.
 Iudæi impietissimi, qui non tantum de perniciē, sed toto etiam in-
 teritu religionis nostræ Christianæ quotidie cum diris imprecatio-
 nibus moliuntur, eucharistiam eam paruo ære coemerunt, ab infœ-
 lice quodam uiro, offitio sacerdote, nomine Petro, cognomento
 Dano, uitæ licentiosæ, & opinionis parum apud graues probatæ,
 superque hac litterarum pene ignaro. Solet res ea ordinis eius ui-
 ris, quom præter propter uitam uiuunt, esse plerunque per otium
 ipsum iners ac segne occasio præcipitiū oportunior ad flagitia. Nā
 quom homo ille infœlicissimus nullum facinus egregium medita-
 retur, & per asotiam immodicam, rebus suis propemodum desper-
 ditis, huc lapsus esset, ut Eleazaro, montis eius accolæ, professiõe
 Iudæo, & fœnus ibi publicitus iudæorum more exercenti, ollam
 paruam aream pignori, ad explendam deinceps ingurgitationem
 uoluptariam, dare cogeret pro solidis, ut appellant, Lubecanis
 non amplius quattuor, quæ est aurei Rhenani tantum sextula, dum
 soluendo non est, pro ære alieno tam pauxillo, authorem, proh do-
 lor, mundi hostibus perfidissimis, qui odio cum genuino imerito

infectantur, tradidit. Angebat enim hominem infelicem olla eius,
 qua ad usum quotidianum egebat, desiderium prælongum, ac in-
 speratum, nec minus eum interim conturbabant lites domesticæ,
 malum sacerdotum talium perpetuum, quas, honor sit auribus
 uestris, iurgio plerunque asperiore, ut fere fieri solet, cum ob alia,
 tum ob fœnoris in horas gliscentis accessionem duriter ferebat ab
 incubina, cuius ea olla erat, ebriosa & phama parum integra, quæ
 non ita multis ante diebus, ob conuicia intoleranda, domo ab eo
 pulsa, inuita exulabat, qua carere miser omnino noluit, nec carere
 tamen potuit. Et quamuis mille modis animus miseri hominis,
 consilii inops & anceps modo huc modo illuc fluctuaret, nihilo
 tamen res eius meliores fiebant, nec liberare se pacto ullo molesti-
 is eis poterat, ita eum urgebat infamis inopia. At Eleazarus, ut sūt
 iudæi ingenio omnes uastro, de gestu calamitatem agnoscens cogi-
 tare sedulo & optare ut facultas sibi aliquando daretur familiariter
 cum eo loquendi, habere pro re maxima, si hoc sibi contingeret,
 sperans facile fore, ut homo cogitabundus & malis tantis quoque
 uersum anxius, eucharistiam sibi uerbis sacris ritu christiano initia-
 tam aut recepto pignore traderet, aut si parum hoc prospere proce-
 deret, auctarium ei polliceri uellet, quod si faceret, non dubitaret
 haud grauate sibi eam uenditaret. Vellet omnino dare operam ut
 eam nancisceretur, nec quoquo modo ea carere, qua nuptias filia,
 quæ instabant, & iam prope in foribus erant conuiuiis redderet fes-
 tiuiores, ueluti thesauro quodam rarentissime iam inde a multis an-
 nis gentis suæ comprouincialibus conspecto. Nec eū fefellit spes.
 Oblata enim per oportune occasione presbyterum eum humaniter
 compellare, de presenti eum miseria blandienter uerbis solari sub-
 dolis, interrogare eum de ære eius alieno, quātum illius solutum,
 quantum adhuc in reliquatione, dicere, se miserari eius fortunam,
 quam ex uultus deformitate agnosceret, polliceri inopiæ se eius
 suppetias laturum, modo talis sit, qui dicenda, utcunque eueniret,
 tacere uelit, nec cessare donec permouerit suadela in rem præsentē
 ualdequam illice, nec quam sacerdos contemnendā duxerat, quip-
 pe qui & quæ dicere Iudæus uellet de uerborum ambagibus non
 difficulter suspicabatur, & talem multo ante sæpe conditionem da-
 monis cuiuspiam mali suggestionem ex animi sententiā optauerat, ideo
 que nihil cunctatus licentiam ei dedit, ut quæcunque cordi essent

STELLARVM

confidenter diceret, affirmans iureiurando ea se conelaturum. **A**nimaduenterat iudæus, sacris nostris aliquando de industria præfens, alteram esse populi in sacrificando formulam, alteram sacerdotū, utpote qui azymis paulo maiusculis immolāt. Proinde de utriusque persuasione certior fieri concupiscens sacerdoti suavit, si ollā propter quam probris tot in dies magis ac magis uexaretur, liberatam uellet, eucharistiam sibi & cleri more, & populi, rite tamen formula utraque imbutam traderet. Quæ si ex fide omnia faceret, spōderet stipulanti aurei ultro dimidium cum olla ei se redditur. Homo infelicissimus paruulo ære irretitus, nihil repugnans, nec ultra licitans, deierat sancte se uniuersa egregie facturum. Nec ita multis interiectis diebus, anno a natali Christiano secundo & nonagesimo supra millesimum quadringentesimum, peracturus rite sacra in basilica ibi diuæ uirginis deiparæ ad Idus Iulias sextum, qui dies est Iulii mensis decimus, nobis alioqui perinde insignis a diuis septem fratribus, Januario, Fœlice, Philippo, Siluano, Alexandro, Vitale, Martiale, diuæ Fœlicitatis filiis, qui fidei nostræ die eo sanguine suo sub Antonino principe subscribere, quom clāculum e pyxidicula, quales fere in sacrario in omnibus ædibus sacris habentur azymos tris deprompsisset, ecclesiastici hostias uocant, non sine uictoria ratione, nomine ex antiquitatis sinu recepto, præter suam quā superne, ut populo circumstanti ostentaret, locauit, duas utroque ritu concinnatas sub bysso occulte conditas, paribus uerbis ac mētis instituto ratas sacrasque fecit. Offitio rite peracto laciniam panni serici protritam ab ara diuorum trium magorum dependulam furtim, celeriterque abscidit, reuersusque ad aram in qua immolauerat, hostias, quas sub candido condidit, in laciniam eam conuoluit, postridieque eius diei ad ludæum itans, uitabundus, quom ante retroque bene circumspēctasset, & neminem adesse sentisset, tradidit ei rerum opificem omnium, cui mundana pariter & ultramundana parēt, tam contemptim prorutum, & ollam ab eo receptam lætus repedans domum reportauit. Quis ergo est, qui mirari satis saluatoris nostri benignitatē tam eximiam queat? qui semel ac turpissimo quidem mortis genere inter cruciatus infandos patris optimi maximi iussu uolens pro nobis passus, sciēs, ut est secretorū omnium cognitor certissimus, a sacerdote facinus impiissimum

quod facturum erat sciente, ac indignissimo, non est dedignatus uet
 bis, quæ suis in cœna suprema prodidit, cæterum cū caractere nu
 minis sacro, de regnis ultramundanis in mysteriorum adyta deuo
 cari, longe minore se præcio, quam quom in specie mortalitatis or
 bē terrarum ob nostram omnium quondā inerraret salutem, itæ
 uenundari, dirisque iterum maledictis execrari, stimulis crudelissi
 mis lancinari, conuiuioque nuptiali gentis inimicæ spurcissimo ri
 dicularium esse. O dignitatē sacerdotū amplissimā, & ordinē eorū
 sancte uenerandum, cuius si potestatem extimamus nec Cæsaris ad
 eum maiestas, nec regum aut principum serenitas, nec terrenorum
 denique quisquam, ut cœlites omittantur, unquam poterit compa
 rari, mortalium certe omnium longe beatissimos, si non alium fas
 tus, alium luxus, & bonam magnamque eorum partem rerum deo
 dicatarum appetentia immodica incesset, cum iactura academiæ
 christianæ insigni, & ui mortalium ingenti, quasi uero nulla sit re
 earum posthac ratio reddenda. Sed missa faciamus ista. Eleazarus
 complodere manibus prægaudio, dolos suos malos mirari, place
 re sibi, ob hostem, quem precio tam paruo nactus esset, gloriari, &
 iactitare se uxori, omnemque ei rem referre, ei soli illum concrede
 re, quæ manibus impurissimis mundi precium contrectans, uasi in
 quo plumæ, culcitris forte & accubitalibus tomentulum, in loco
 tenebroso supra hibernaculum adseruabantur, nimium quam irre
 uerenter, muliebri etiam cōuicio insectata illate brauit, & quasi car
 ceri, usque ad tempus nuptiarum filiæ, mancipauit. Vbi uero ap
 paratus ipse nuptiarum instructus iam stetit, Eleazarus primoribus
 gentis contribulis, qui aderant, declarare fortunam, quam de hoste
 nactus esset, iubere bono eos animo esse, haberent nunc, quem tā
 to desiderio expectassent. Qui gaudio festi rumoris alacres facti,
 & quasi extra se positi, non modo non factum improbarunt, sed as
 tus etiam eius in cœlum laudibus extulere, maxima cum gratulati
 one in uicem eum plausibiliter prosequentes. Nec aliud, quam co
 piam spectandi hostis omnes orantes. Maior enim iam eos cupi
 do explendæ in eum suæ uoluptatis tenuit, quam tota pōpæ nup
 tialis festiuitas. Nihilo tamen satius egregia illa sponsa sub epulū
 instituto gentili per Hymenæos prisca pompatice initiata est. Ad
 posita dein cœna centenaria, concinnata de lucro foeneratio a nos
 tris undecunque corraso, epulatum non sine saluatoris nostri, quæ

STELLARVM

uinctum tenebant, nostraque religionis ignominia insigni, ut est mos eorum auitus, in omnibus nobis suis symposiis male precari, rogareque ut ipsis ac liberis suis superstibus res christiana periclitetur. Citatus sapiuscule inter epulandum a primoribus Eleazarus, ut finem faceret epulandi, maturato aiebant opus esse, alia super esse quæ erant magis e re futura, se habere pro negotio maximo, si nauiter ea expidirentur, iterumque celerantes neque esitare, neque possitare poterant, tantus carnifices eos ardor cœperat in authorẽ mundi sauiendi. Posita itaque mensa, uix bene repositis analectis, crepusculo lucis Veneris, quæ diui Jacobi ferias antecesserat, quom tota lucernantur ades, fœminis, puerisque patrimis ac matrimis choreæ licentiosores condonatae, ne qua oriretur suspitio, reliquis ad rem peragendam uisis idoneis uocatis in synedrium, una omnibus mens erat, non tam dedecore opifici mundi illudere, quam diuinitatem eius experiri, quem deum & hominem peripharia tam parua comprehendi posse, præterquam quod dere ea periculũ saepe a suis factum sciebant, ex supremis testamenti eius uerbis probe norant. Nec mora antesignanus Eleazarus si omnibus inquit placeant, quæ peragenda, iureiurando opus est, ne post factum pœnitentia incessat. Tum uero lympholenti illi uno omnes ore, quasi hostes belligeraturi, militariter chirotonia & digytis eleuatis in dicentis uerba coniurarunt. Quod ubi factum, confesere hostem suum, ac gentis suæ, qui omnem sibi salutem in mundo hoc inferiore abstulisset, aciculis, pro periphariæ in qua concluderetur, paruitate, aut subulis mucronatis confodere, alioqui, si maior esset, aut casu aliquo fieret, scirent enim polyphormẽ se illum posse facere, & maiores suos saepe ludificatũ, nec enses sibi nec sarissas defuturas. Vel lent non uno pœnarum genere in eum animaduertere, sentiret se esse uiros. nec a gente sua degeneres, & quæ inter mortales quondam agens ab Anna, Caipha, ac cæteris pontificibus sub Pontio Pilato praside esset Solymis ignominiosissime turba suorum maxima, in corona astante passus, eadem nunc nec minora supplicia expectaret, quando & loci, & temporis adesset oportunitas. At ne turba, quæ magnis saepe negotiis impedimẽto esse solet, rem turbaret, cæteris missis quinque sunt ex omni numero delecti, facinori scelestissimo peragendo, inter quos primæ authoritatis Eleazarus peculiari suo iudæorum sacramento conspirare cæteros coegit, omnia se

strenue nauaturos, nec ab instituto suo tam factis, aut precibus hostis, si quæ forte audirentur, aut minis ad ullam uel humanitatis, uel pusillanimitatis rationem se defecturos. Eucharistiam ipsam deinde sacrosanctam utraque, ut ab infœlice sacerdote acceperant, formula, iisdem in laciniis, quibus erat primitus tradita, irreuerentissime uultu pariter & uoce minaci in mensam, accensis iam ad facinus impiissimum cæreis, conieçarunt. Et mox Eleazarus manipulus carnificum irarum ante alios plenus, cultro pro subula per amentiam in manus hostiliter correpto, authorem ipsum mundi patiētissimū quidem ad amissim præcordia eius sanctissima auidiuscule appetens, uno stimulo crudelissime sine ulla commiseratione transfixit, cuius diuinitatem iusta & humanitatem cōfestim, horribile dictu, testatus est sanguis rutilus, qui per pānum triplicem ab hostia utraque sacra ad mensæ usque assulam supernam demanauit. Quo uiso ostento hostes forticuli, mente perculsi, præter opinionem tam leuiter fusi, in terga omnes retro fœde cesserunt, tanta erat inuisi etiam numinis potentia. Terrore eo maximo de mensa a numine deturbati haud sciuerunt ubinam essent, aut quidnam agerēt. Adeo enim eos timor præsentis numinis inuaserat, ut essent pœne exanimis, donec ad se rediens Eleazarus, author tanti facinoris, ægre sese attollens, manu reliquos colligeret, & animum eis, ne desperarent, faceret. Substitere tamen aliquamdiu defixi, paulatimque mutuo se spectantes mussitabant, fractis uero reliquorum animis nemo iam eorum committere in numen deinceps audebat, tametsi ab authore sceleris saepe rogarentur. Iam uero Eleazarus, siue pro sua religione cæteris constantior, siue ne sceleris patrati solus apud mundi authorem reus haberetur, pusillanimitatem eorum coarguere, dicere, se non putare, eos tales esse, qui fidem facte datam fallere uellēt, reuocareque super omnia in memoriam sacramentum per numina prisca factum, quod si peierarent, scirent se extortes futuros a deliciarum horto & omni fœlicitate ea, quam post mortem opinionis suæ omnibus, qui fuissent constantes, princeps gentis Habrahamus repromississet, suasitque talibus deliramentis, ac tandem persuasit, ut tris ex numero reliquo, animo resumpro, pari demētia stimulis singuli singulis immanissimis hostiam utranque perfoderent, quæ sanguinem similiter rutilium emanarunt, suum cuiusque uulnus separatim testantes. Supererat quintus, omnium maxime iu

STELLARVM

uenis, qui manibus ac pedibus reluctatur, siue id misericordia, siue de numinis maiestate factum, incompertum habeo, tantus certe eum terror coeperat, ut abstinendum sibi deinceps, nec quicquam ulterius aduersus numen tentandum duceret. Verumenim uero a cōsciis carnificibus sanguinaria adhuc cæde non satis pollutis pusillanimitatis primulum, mox iurisiurandi admonitus aliquātulum resipit, & quom deinceps fidei nostræ christianæ placita alii acerrime refellerent, ac dicerent, iusto se odio in hostem sauire, qui ferre a letalia cogeret, non ut putaret ipse, ultro pateretur, asseuerarentq; inter hæc nihilo cruenta uerenda illa uulnuscule, cui multo maiora inter suos agenti impune temporibus antiquissimis superiores dedissent, uix sero tandem persuasere ut gloriosum ante latrunculum, qui omnium se maxime egregium facinus facturum iactitauerat, iam timidulum, & titubantem, pedibus præ timore lapsitatem, ad stimulum coegerit, quem mox quoque sanguis rutilus persecutus est, suo cuiusque stimulo seorsum extante, uulnere etiamnum suo cuiusque rutilante conspicuo. Et iam expleuisse se satis uoluptatem suam arbitrabantur, quom mundi ipsius opifex plagis tam diris deformatus in peripheria maiusculæ numine suo te cubito supra mensam altius efferret, & circumcirca miserandus uolitās, aspectu solo omnes in tantum terreret, ut prorsus ueluti exanimes, supini in terram, fulgure ac tonitru icis simillimi, ruerent. Phæbum ac Phæben putantes, elementaque omnia pessum itura, diemque aduenisse mundi supremum. Cæcutientibus tamen eis sursum, pauore paululum amoto, uisis est eis opifex mundi inuisibilis, de gyro quem circumuolitando fecit, minitanti similis, qui paulatim uentilare desinens, uolatu sese præpeti demittebat, locumque mensæ capessebat priorem. Egre post attollentibus carnificibus se, certatimque elabentibus, nec aliud optantibus quam ut præsens periculū euaderent, iurantibus per numina sua prisca, te infecta se nihil talium unquam coepturos, Eleazarus horrore præter cæteros immenso sollicitior, & tardior, locū relicturus ultimus, seu numinis uoluntate compulsus, siue timore subitariae uindictæ supplex, siue de ni que hostis sortē indignam miseratus, retrospectit, paululumque animatus, oculis auersis, spectaculum miserandum laciniarum iniectu protexit, & raptim secum ferens, ubi ad uxorem, quæ anxie finē rei morabatur, uenit, & illa quæ teret quæ esset solito tristior, metu

Bi

& pudore confusus omnem ei rem, ut gesta erat, trepide commemo-
 morauit, eique consciaz spectaculum tam lachrymabile custodiendū
 demandauit. Nihil inquit nobis post hac cum deo Christiano-
 norum. Nec amplius festiua fucere nuptia, Eleazaro inter primos
 sollicito. Peregre post in dies paucos Eleazarus abiturus, iussit uxo-
 ri, si comode, & absque suspitione fieri posset, presbytero suum
 deum redderet. Nec ita multo interiecto tempore traditor in scelicif-
 simus, toto iterea animo tristis, utpote quem sollicitudo perdia ac
 pernox uexabat, quem & timor & poenitentia iugiter sollicitabant,
 apricatus in area ibi arcis ueterrimae, & dirutae, cuius reliquiae
 paucae, & ruinosae extabant, haud procul pomœrio, quae armis do-
 mum Stargaciam illustrem referebant, quom hinc inde, ut sciret ali-
 quando quid factum esset, cogitabundus deambularet, & uxor eū
 Iudaei scelestissimi forte cōspiceret, missis illa rebus omnibus, mū-
 di pretium in periscelide muliebri, parum reuerenter, ita ut erat cru-
 deliter in laciniis inuolutum, ad sepē, quae aream cinxit, ferens, ei
 ad se uocato, ubi desubtus uestes spectaculum deprompsit, En ait
 deum tuum. Tua intererit custodire, ita iussit mantus abiturus pe-
 regre. Nulla nobis unquam salus a deo isto. Talibus ei mundi opi-
 ficem trans sepem die ipso Martis, qui diui Bartholomaei natales an-
 nuntiarat, porrexit, cum laciniis multo cruore foedatis, i lychnuchi
 scilicet capite implicitum. Lychnuchum Plinius uocat, quam la-
 ternam nos. Quo recepto, & mox quam de loco pedem moueret
 resignato, quom uidisset spectaculum tam formidabile, manibus
 iudaeorum scelestissimis faucium, & sacro adhuc cruore respersum,
 parum absuit, quin in media area amens concidisset, ad se tamen re-
 diens, illico amare illachrymari coepit, obtestans saluatorem gene-
 ris mortalis, si non a se facta essent, quae facta, si orbis etiam totus si-
 bi promitteretur, & Iudaei omnes uas sponsoresque fieret, nunquam
 se futurum, qui talia auderet, deum optimum maximum supplici-
 ter ueniam orans, propiciatores diuos omnes ac diuas comprecas-
 tus est, detestans Iudaeos, quos ut carnifices impios perpetuo se as-
 ueraturum religiose uouit. Posteaquam uero dementiam suam sa-
 tis bene, ut tempus ferebat, cum lachrymis & multo hululatu de-
 questus erat, ut uitae saltem cōsuleret, duxit neutiquam Iudaeis red-
 dendum spectaculum cruentissimum, sed domum ferendum. Spe-
 gabat uellet id cum memorabili sibi a seipso indicta poena postridie,

STELLARVM

quom immolaret, impune absumere. Scire se exemplis minime dubiis deum omnium conditorem esse misericordem, et clementem, qui nihil petentibus denegaret, quiq; haud difficulter omnia perperam commissa dolenti remitteret. Si passus fuisset uerbis se sacris de throno ultramundano auocari, a iudæis perfidissimis tam dire lancinari, et ludibrio nuptiis spurcissimis esse, ferret facilius a poenitente sumi. Si a se absumptus esset, nihil iam esse reliquum in quo desperaret. Sed non ita uisum optimo maximo. Neque enim abire misero de area licuit, neque, ut uoluit, ore ibi polluto absumere, quod quâquam sapiuscule tentasset, nullo tamen modo poterat, diuis etiam omnibus religiose per uota inuocatis. Iam uero terrori a numine terror additus hominē miserrimū poenitē reddidit amentē, desperatione enim subita mox in terram cecidit. Praesentis tamen periculi memor celeriter se erigens poplitibus humi incumbens foueam in loco tēporariam fecit, & inibi spectaculū lachrymabile, ita ut erat in lychnuchi capite cum laciniis uilibus inuolutum, cōdidit, ruderaque et terræ puluisculos undique conuerrens contumulauit. Locum uero signauit ramo, quem de frutice proximo manu concerpfit, ut si necesse esset agnosceret, deindeque abiit, numine ulterius non prohibente. Nec dici potest quāta mox hominē exercere cœperint angustia, aderant synteresi eius testes, ita licet dicere, amplius mille. Terrebant insomnia, sollicitabat sine intermissione facinus, quod fecerat, scelestissimum, non uuo quidem piaculo expiandum. Verebatur patrator ille miserrimus, scelus impietissimum author mundi inultū nō transiret, quod si homines tacerent, non tacerent animantes. Et quamuis conaretur sæpe enixe ire ac refodere, defuit tamen semper ei facultas, diuina, ut suspicari licet, uoluntate. Vota licet persolueret, nouis se obligaret, nihilo tamen melius res eius processere. Vbi uero nulla iam deinceps aīo tranquillitas dabatur, uiris quibusdam ordinis sui inquietem suam lachrymabūsus denarrauit, rogauit impense moestitudinem suam, miserarentur, aspicerent maciem quam ex inedia et tristitia ferret, quæ quidem non ambigue ex hominis mutatione subitanea deprehendebatur. Qui ubi causam tanti mali requirunt, dixit, se a spiritu quopiā per somnum sæpe iam inde aliquot noctibus exuscitatū, poene uigilantem se uidisse sacerdotem, leuitis duobus honorifice

comitatum, qui sedulo sibi acclamassent, audiret ne? audiret nostri redemptoris corpus sacratissimum esse in arca ibi arcis tumultum? Lubere, iret, reuelaret id Præposito, ut appellant, Suerinao, terræ dein principibus, uellet illud omnino refossum exaltari, & in ædem ibi diuæ uirgini sacrum referri. Nec eum fefellit opinio, magno tamen suo malo. Senatus enim templi Suerinai triste illud nūcium audiens, mox ei sacerdotem uitæ eximiæ, ac minime suspitosum per noctes iugiter qualidam socium dedit, audiret, si quæ talia a spiritu annunciarentur. Qui callide omnia noctis momenta obseruans, ubi nec spiritum se audisse, nec signa ulla se animaduertisse renunciauit, & hominem infœlicem talia haud dubie confingere asseuerauit, timor maior reum peruasit. Pro humanitate tamen sua omnes eum tanquam iniusta præsumentem duriter increpitant. lubent eum silere deiceps, cautim dicentes de rebus diuinis, & cunctatius loquendum, in eo præsertim genere. Sed nec humanitas ulla, nec sedula commonefactio hominem infœlicissimum, quem terriculamenta non inania prope desperandum, in horas cruciabant, potuit ab instituto reuocare, quin reuera comprobare uellet, non uana esse, quæ rettulerat, brachiaque ob id ostentauit quassis & luxis simillima, plumbo tamen in usum præsentem picturata. Lamentabatur singultim a spiritu se, quod iussa non reuelasset duriter obiurgatū. Spectare iussit, qualia sibi spiritus ille, quisquis fuisset, indicia non sine insigni suo dolore reliquisset, qui maiora etiam daturus esset, si non breui ipse obtemperaret, iterum iterumque eum præcepisse seueriter, non taceret, sed intrepide monita reuelaret, quod si non faceret duriuscule ab eo uapularet. Omnes in uniuersum, qui planctum hominis infœlicissimi audire, quamquam sub primum aspectum commētum plane existimarent, quū ob hominis uitæ ante actæ leuitatem, cui numen tam propitium nō esset, ut talia sibi uni uellet reuelata, extantibus in loco multis uitæ eximiæ uiris, tum ob uerba, quæ per imprudentiam titubans sæpe uariabat, subdubitabant tamen propter eius in re tam ardua perinatiam, qui nec precibus ullis, nec minis ab incepto absterreni posset, parumque cōstabat, uerane an falsa diceret. Si tamen ita deo placitum, uellet experiri finem. Primæ igitur inter eos classis Præpo

STELLARVM

firus Suerinæus optimates omnes ordinis ecclesiastici in uicinia
 dicto accersit. Orat ad hæc, & haud grauate a principibus exorat, ut
 e purpuratis eorum iudices aliquot non pedanei, sed honorarii ac
 prouinciales, rerum gnari, adessent, quo factum diligentissime p̄s
 ficularetur, diemque misero reo dicit. Qui die præstituto cū infeli
 cissimo ipso homine in aream progredientes locum quaritāt. Vbi
 uero nihil talium primo aditu inueniunt, ductori reo rutrum in ma
 nu porrigunt, iubent, si qua condita in loco sciret, omni amoto ti
 more refoderet. Quareret nunc, quæ per insomnum sibi tam sæpe
 apparuissent. Consciens ille omnium, spectaculi lachrymabilis a se
 sepulti ignarum se simulans, longa inde iteriecta intercapedine lo
 cum fodit, oculis tamen limulis eo semper spectarat, ubi erat a se cō
 ditum. Qui aderant uiri callidi, & ingenio acuti, tacite omnia spec
 tantes, statim de hominis miserimi gestu mali aliquid latitare sus
 picati, culpam argumento haud dubio in ductorem reicientes, in
 ter se murmurare cœpere tantisper, donec cæteris sinentibus unus
 ex eis exerto a uagina pugiunculo, terram fodiens, mox durum
 quid, & stimulo repugnans in loco, quem reus sæpe spectarat, offē
 dit. Qui fodiēdo, & eruderando pergens, apicem lychnuchi retriti
 spectare cœpit, aliusque dein omnia perpurgantes, eucharistiam
 sacram cruciatu tam insigni deformatam, sine negotio ullo maiore
 refodere, multo cum horrore religiose intuentes. Primates sacra ne,
 an prophana esset ignorantes, stupide tamen colligentes, infelice
 reo in ædem diuæ uirginis, quæ haud procul inde sita est, ferendā
 commendant, officii eum gratia omnes comitati, sine ulla solenni
 tate maiore, in cistam ferream pro tempore reponebant. Patrator
 sceleris infelicissimus uultu pallidus, pedibus præ timore nutās,
 nec satis, quom quareretur, constanter respondens, ex iudiciis præ
 sentibus iussus est in parochiis ibi diligenter obseruari interim, dū
 ad principes de re ea referretur. Quorū iussu custodia publica mā
 cipatus, negligenter molliterque sub pontifice suo, cui parum de
 re ea curæ erat, habitus, parum absuit, quin facinus tantum impus
 ne euasisset, nihil interea temporis confessus, fareri forte uera
 etiam prohibitus. Quod ubi inclyti principes, quibus alti
 us calamitas ea inleat, rescuere, quæstioni adhiberi iussus ex

iussus ex uinculis in optimatum regionis praesentia causam dixit, omniaque per ordinem, ut a se, ac Iudaïs perfidissimis gesta erant, sine ulla longiore cunctatione referebat. Breui post tempore a pontifice diocesis, antistite illi assidente Caminao, Raceburgianoque, res in magno uirorum prudentum confesso, inter quos primæ authoritatis, litterarum diuinarum professores, iudicio seuerissimo examinata. Et quamuis omnia ita ut infelicissimus sceleris patra- tor confessus erat, inuenta essent uera, suborta est tamen altercatio, uerba ultro citroque habita, aliis alia causantibus. Stabat aliquam- diu sententia ore eam absumere, quod ausurum se dicebat de præ- sentibus censoribus unus, seu, pro conscientia sua, religione cæte- ris melior, siue disciplinis & authoritate acutior. Neque enim eum facile crediderim talia præsumpsisse per inuidiam, aut insolentiam, quæ abesse maxime ab his uiris debent, qui sunt in præsidio mili- tiæ Christianæ positi, fecissetque omnino, si opinatio eius omni- bus fuisset suffragiis comprobata. quid si processisset, actum erat de concursu tam crebro, ac salutari. Quod bonum an malum, pro ar- bitrio quisque suo, in tanta præsertim ingeniorum uarietate iudi- cet, Ego interim factum fuisse impium, uel potius nepharium con- tenderim, ne dicam stultum. Fiunt talia, ac numine sinente, ratione plerunque occulta, uoluntque eadem extare, ut sit miraculis fides illustrior. Arbitrii liberi temeritatem damnauerim talia audētis, cui suplicia grauiora imminēt. Peruicit itaq; erga deum optimū maxi- mum pietas, & sententia melior, quæ uulgus pium salute sua nō putauit fraudandum. Inter omnes conuenit, ut extaret, & basilicæ sollēniter inferretur. Refractarii, quom palinodiam recantassent, cū cæteris cœmiteriū basilicæ spectaculo eo insigniter lustrauere. Vis mortalium ingens, quæ in rem præsentem feriata aderat, redempto- rem suum alibi cernua, alibi humi fusa adorauit, orauitque. Vbi in ædem sacram cum hymnis & nablis uentum, primo in cyborium, ita nostrates eucharistiæ sacrae ædiculam appellitant, collocaba- tur, ibi erat tantisper, quo ad inde receptum intra pyramidem in propylæo basilicæ de opere topiario fabrefactam honorificentissi- me reconditū est. Ibi adhuc manet, idē quotidie bis peregrinis spe- ctādū præbetur, tēpore semel ante meridiāo, altero pomeridiāo. Di- ocaelis pōtifex de præseti multitudine singulis dies donauit q̄dragita

STELLARVM

remissorios. Alii quoque antistites, de more, quadragenarios singulos. Quicumque deinceps, uel oratione, uel munere, spectaculo deuoti sacro affuere, appendicem ueniam maximum haud dubie assequuti sunt, futuriq; assequetur oēs. Iudæi secundū miserū sacerdotē ditione tota domesticatū anquisiti, capti, & carceri mācipati, quaestioi, ob inditia quæ extabant, abhibiti, quom accusatio in eos a fidiculis XI. Calendas nouembres, hoc est die diuo Seuro sacro institueretur, omnes quicumque rei criminis atrocissimi erant, uirum facinus haud grauate fassi, quom diluere ipsi crimen non possent, a sacerdote patratore illud aliquamdiu pergebant, nescio qua ratione ducti, excusare, nec modo ullo eum prode, poenam infontibus tantum deprecari. Ex carnificibus numero quinq;, generis uiriliter, reperti, qui mūdi authorem tam cruciabiliter confodere. Eleazarus author sceleris impiissimi poenas metuens, dum segniter res agitur, fuga sibi consulit. Conscii generis uiriliter ex numero uniuerso comprehensi uiginti, superque amplius, lamia duæ, sponsi sponsaque matres. Princeps inclytus Magnus, prudentia singularis, qui sub idem tempus, quo aguntur hæc, rerum potiebatur, nuntio eo tristissimo certior factus, uices nostri redemptoris uehementer indoluit, & quamquam negotiis maximis, ut fere, esset implicitus, nihil tamen sine se, ut principem decet æquissimum, in re præcipue tam ardua, tentandum ulterius censuit. Nec cunctandum amplius duxit, uoluit omnia, uera ne an falsa essent, præsens cognoscere, esse testis omnium etiam oculatus, nedum auritus. Authores ergo rabidi sceleris, ab eo interrogati, animo adhuc pertinace coram referebāt, ore se & manibus suis sanguinariis in redemptorē nostrū immanissima debacchatos, asseueraruntque sanguinem inter lancinandum rutilū exiliisse, quem suis oculis multo cum terrore spectassent, superque hæc omnia authorem mundi suo opte numine repente elatum, minitabundum circumuolitasse, terrore se eo correptos, qualē tota antehac uita nunquā fuisset experti, aufugisse, nec potuisse deinceps in eū aniaduertere. Quod enī uulgo aiunt carnifices eos authore etiam mundi in clibanum igni succensum iniecisse, mediis flammis intactū euasisse, in amnem mox eum subter aquas mersisse, & illū flumine secundo aliquamdiu fluitasse, ripa tandem fluuiali in colunem extitisse, ea a fide laborant, quæ ego quidem magis pro uanis repudiauerim, quam pro ueris affirmare ausim, quom

quum nulla extent nisi uulgi creduli inditia. Ita certe natura com-
 paratum est ut rumor recenti aliquid semper nouus author addat.
 Quæ si facta essent, non esset relatum audax ea a me litteris inuul-
 gari, quom lōge incredibilia possit ille, quia omnia potest. Itaq;
 ut ad rem redeamus, ad unum eorum, cui, ni fallor, Aarōni nomen
 magis inter cæteros confidentem, qui ista tam constanter cōmemo-
 rauit, princeps inclytus Magnus conuersus. Tu quom talia uideris
 tibi contigisse asseueras, sponteque fateris, quibus facillime adstis
 pulor, quur, inquit, non credis religioni nostræ sacrosanctissimæ,
 & fidei nostræ candidatulus factus, unda sacra salutariter per lotus
 parem cum nobis fœlicitatem ultramundanam præstolaris? Quæ
 ubi adposite, & erudite princeps dixisset nec auscultanti ad auresce-
 rent ille lingua immodicus, credo inquit magnanime princeps, in-
 deum, qui omnia potest, quique omnia creauit, cum, quem gentis
 nostræ pater Habrahamus, & deinceps Isaacus eius natus, ceteriq;
 maiores nostri, qui a religione nostra nunquam desciuere, colen-
 dum præceperunt. Illum credo me hominem uoluisse fieri, profes-
 sione Iudæum. Qui si me Christianum uoluisset, nō huic me meæ
 sectæ sacrosanctæ adsciuisset. An non, si placitum illi fuisset, prius
 ego talem agerem? Genetricem non meam, sed generis tam il-
 lustris referrem. Nec plura effatus, dentibus frendens fidem nostrā
 pariter & fidei authorem contemptim ualere iussit. O seruire pecus
 Iudæi, genus mortalium impurissimum, agnominibus mille dig-
 nissimi. Nec enim pro merito satis q̄ omnis uos ætas Sabbatarios,
 Apellas, Recutitos, Verpos, Cistiferos, ut alia omittantur, dicti-
 tarit, mortalium omnium stultissimi, qui fato nimiumquā creduli
 in unam adeo sectam multa impietate corruptam iurastis, & adeo
 estis ei pertinaciter addicti, ut arbitremini persuaderi uobis nō pos-
 se ab eo impietatis errore fidei uos nostræ ueri singularisque dei sa-
 crosanctissimæ, omniumque certissimæ, morte nostri redempto-
 ris, & martyrum eius sanguine confirmatæ, etiam fœliciter posse
 destinari, quasi uero non sit ea, quam diuini uates, quos inepte in-
 terpretamini, sæculis antiquissimis, prædixerint futuram, abrogata
 lege uestra. An non agnoscitis cæci? Christum deum, quem religi-
 ose nos colimus, esse ex eo numero, quem pater & princeps uestre
 gentis Habrahamus uir religiosus, & propemodum diuinus, deo-
 que uero ac singulari gratissimus, quom tris aliquando sedens in

STELLARVM

ostio tentorii in conualle Mambre' cerneret, unum adorauit. Ille ipse est qui maiores uestros a tenero sibi mundo gentem peculiarem ex omnibus mortalibus delegit, tam clæmenter fouit, bonis innumeris, & maximis donauit. Ille uestros maiores a seruitute Pharaonis durissima ex Aegypto, duce inclyto Mose, liberauit, & per mare rubrum, fluctibus in diuersa abeuntibus, stantibus hinc inde ueluti muro undis, angelo ipso medio, et columna nubis inter hostes et uestros, sicco uado traduxit. Hostem persecutem numerosissimum, equitum millia quinquaginta, peditum ducenta millia, ut Iosephus gentis uestre uernaculus prodidit, misere in undis redeuntibus lumerit, adeo ut ne unus quidem cladi referenda superesset. Fontē, in quē primum inciderant, gustus amarissimi passus est solo uirgæ, quam dux Moses tulerat, iniectu fieri dulcem ac potabilem, durat Marathoni fonti nomen, Aquas e petra Sinai dedit. Et quom statua inter Helim et Sinaum haberent, locique natura comatus in uasta ea solitudine deesset, et iã omnis spes uitæ abiecta, coturnicum uim maximam subito turbine in tentoria milit, quæ ueluti uolatu longissimo fessæ, sese esurientibus ultro capiendas præbuere. Sub lucem postridie, ita ut Moses prædixerat, rore calit repente misso omnem circa castra planiciem compleuit, qui in memoriam Syrius, ita eum, ut cæteros taceamus, Celsus Cornelius appellat, ecclesiastici, hebraica imitantes, ex ambientium disquisitione, mannâ, qua subacta panes pinscât tortiles esculentissimos, quos quom ut cibarium nimis frequens auersarentur, et carnes poscerent, conturnicibus iterum mense integro, sexcenta tunc peditum millia erant, pauit, tanta auicularum earum copia, ut qui parum, decē choros cœperit. Licuisset maioribus uestris, si non murmuris pleni ab antiquo pietatis cultu detorsissent, & numen hoc sanctissimum lesisset, in terram Palestinam fatalem, lacte & melle manantē, diebus peruenire quadraginta, a qua in exæmo eos deserta temere palantes, annis quadraginta amplius distinuit numen iratum. Eequom uirorum millia sexcenta, qui ferre arma poterant, præter inermem cæteram multitudinem immensam, ex Aegypto comigrassent, nulli tamen de toto illo examine Syrio i eam, præterquam Callepho & Iosue, uenire licuit, ac ne ipsi quidem Mose, ductori, & prophete summo, qui tantum eam de monte adito spectauit. Tandem enim in Abari mōte, inter Eleazarum & Iosuen medioximus,

Ci

nimbo coopertus repente disparuit. Numine hoc inoffenso maio-
 res uestri bello aduersus hostes potentissimos superiores semper fu-
 ere. Quorū bona maxima perstringere non putamus a præscripto
 operis nostri alienum, ut ostendam mortalium uos omnium ingra-
 tissimos, & errores uestros pandam piaculares. Nonne Habraha-
 mus quom ob negatum Sodomorū tributum, Assyrii, impetu fac-
 to, Lothem ipsius ex fratre, nepotē, bello abduxissent, trecentis tā-
 tum decemocto amplius, ex familia uniuersa subito lectis, hostem
 copiis maximis fisum, ad alterū Iordanis fontē, sine negotio mag-
 no fudit: castra hostiliter cepit: præda opima onustus rediit: cui in
 ualle regia, qua Solymas itur, urbis tunc eius rex, seu Semus Noe
 filius, siue Cananaas, Noæ ex Chamo nepos, cognomento certe
 Malchi zedech, hoc est, ut hebraica interpretemur, rex meus iustus,
 altissimi sacerdos, occursans, pane eum & uino gratulabundus ex-
 cepit. Nonne Moses gentis uestræ dux pientissimus, ab Habraha-
 mo septimus, in Nabatheorum tractu, haud procul Sinao mōte, ac
 Petra urbe, quā Gobothen Iosephus nuncupat, aduersus hostem
 infestissimū depugnans, quom maiores uestri omnem prope salutē
 desperassent, & ipse Iosue pro se, Nauæ filio, exercitus duce consti-
 tuto, spectator grādauius de mōte, manus cum uirga in cœlum sus-
 tulisset, Aarone dexterā, Hure, Mariæ sororis marito, sinistra adser-
 uante, dextera eius acclinante, sui repulsi retro abiere, ea in cœlum
 erecta hostes in fugam fœdam conuersi sunt, multis occidione oc-
 cisis, quom nemo tamen ex uestris desyderaretur. Quid memorē
 Amorreos: & regem eorum Seonem, quem secundū Arnum flui-
 um tempestate ea idem Iosue uicit, castris exiit, & ea omnis opulē-
 tia plena, præter omnium opinionem cepit. Quid Moabitas: et re-
 gem eorum Ogem, quem staturæ portentosæ Moses a suis interem-
 ptum spectauit, quom urbes gentis eius ualidæ quadraginta, ut alii
 sexaginta, captæ in ditionem uenirent. Balachū Saphoris filiū,
 Madianorum regē, ut imbellē, referre pudet, qui Balaanū, Beoris
 filiū, accolā Euphratis, quō sibi diffideret, ad deuouēdas hostium
 copias frustra poposcit, quasi uero uotis & precibus, ac nō ense de
 belli iure decernēdū esset. Mosen referamus, qui Phineæ ductu, A-
 rachū, Madianitarū regē, cum regulis quattuor, qui ī eius erāt fide,
 prælio occumbētē, pugna fœlicissima uicit, eo enim bello puerum
 ac puellarū millia duo & triginta, sexcenta septuaginta quinque mil-

STELLARVM

Illa quidem in prædam abegit, bouum millia duo & septuaginta, asinorum sexaginta. Nonne Adanitas, qui ab Adane urbe, Hain alii eam nominant, dicti, ob uictoriam de Iudæis recentem nimis sibi fidentes, exercitu subitario insultantes, idem Iosue, placato ante numine, uicit: & incensa eorum urbe, & funditus deleta millia mortalium duodecim cecidit, regis capti, ac prius proxime urbem stipiti affixi, corpus remotum saxorum tumulo obruit: Nonne idem Adonysedechum, Solymarum regem, cum Gabaonitis, & regibus, fœderatis quinque, prælio apud urbem Maccdam commisso, sceleriter uicit: millibus armatorum triginta, curruum millibus duobus captis: Quo prælio fauente numine tantisper solimotus steterat, quo ad bello dux inclytus defungeretur. Reges quinque, Ohas, ex Hebrone, Pharas, ex Hieromotho, Taberus, ex Eglone, Itiphius, & Lachus, fusi, & dispalati, quom fuga sibi cõsulissent, & in specum se altissimam demississent, ab eo reuulli, in cruce[m] ignominiosissime elati sunt, ceruicibus eorum superbissimis, suorum ante pedibus calcatis, Maccdã urbem cum rege, & Lebnam cepit: Lachin corona cinxit: Hiram Gazeritarum regem uicit & iterem. Dabirem urbem cum rege occupauit, Eglonem deleuit, & Hebronem. Aserothum uicit, cum rege, quem cruce[m] quoque, morte ignominiosissima extulit: omnem a Cadeoram ad Gazam hostiliter in deditio[n]em cepit, Cananãa uniuersa ad Galgalam usque capta, & ut semel dicam, unus ille dux triginta ac unum reges superauit, ex quo Iordanem, admota fœderis arca, sicco uado traiecit, inter quos, ut alii omittantur, non ignobiles, Iabinus & Iodabus, Asoritarum ille, hic Madianitarum regulus erat, quos ad Meronis aquas, cum suis stratos, multa strage in Sydonem usque uictor persequitur est. Nec prætereundus Iudas, gentis uestræ fortissimus. Nonne is cum sola contribulium manu expeditione subitaria, Cezechinorum regem Bezechum, bello adgressus uicit: uiuum in suam potestatem redegit, decem millia suorum cecidit. Quo duce uictoriosissimo Solymas Iudæus uictor cepit, arce tantum excepta, quam ad Dauidis usque ætatem Iesubei inuictam tenuere. Vrbes insuper inclytas cepit, Ebronem, Abirum, Hormam, & in tractu maritimo, Ascalonem, Azotum, Accarum, quam tamen & Gazam capi potuisse Iosephus negat. Quid Delboram mulierem fatidicam, inter Ram

Cii

nam, & Betholē, sub palma responsa dare solitam, Lapidothi iudicis uxorem: quæ lecto Baracho, Neptalimio duce, cum decem tantum millibus Iabinum, Asaroti regem, generis palestini, cum trecentis peditum millibus, decem equitum, sub Sysara duce, bello petere ausum, tributa imperantē, ad Taborum montem adgressa, hoc numine adiuuante, sine negotio ullo magno hostem copiosissimū, ex tanta mortalium colluione, fuga turpissima disiecit. Sysara fuga elapso, ab Ahele, Aberis, familia Cynea, uxore, cuius se domū receperat, lactis haustu primum mulctio, somno dein altius presso, malleo per iacētis tempora transfixo, Iabino insuper breui post tempore a Baracho medio prælio interempto. Quid Gedeonem, Ioasi filium, Effraitam, adulescentem pientissimum uellere nunc roscido area sicca, nunc intacto area madida, somnio præter ea hostis certiores a numine factum, ac animatum, qui cum decem tantum millibus, centum uiginti hostium millia, ut est author Iosephus, una, nocte trās Iordanem interemit. Zebino & Zarmo regibus captis, cum auri & argenti præda maxima. Hoc numine propitio, Sanson, ex Manue, Danitano tribuli genitus, Iudæos qui annos quadraginta tributū hostibus penderant, liberauit. Leonem haud procul urbe Tamna brachiis interritus strangulauit. Asini maxilla hostibus Tānæis dedendus, a suis numero millium triū de spectu Etha retractus, reuictis post terga manibus, ob uulpes, quas trecetas segetibus maturis, igni caudis alligato, immiserat, hostium mille, abruptis repente uinculis subita ui interemit. Portas Gazeas nocte abstulit, et humero impositas, in mōtis iugo, qui Hebroni imminet ueluti tropheum in altum statuit. Nec Dalilæ fraude, a qua cesarie dehonestatus, a Palestinis excæcatus, prohiberi potuit, quin fruticante capillo, hoc opitulante numine, de hostibus die sollenni epulantibus ultionem sumeret, summotis e triclinio columnis, tribus cū eo millibus extinctis. Hoc numine Dauides, Iessis filius, tyrunculus adhuc, Goliadem Palestinoꝝ fortissimum, quom fratribus in castra, quæ rex Saulus inter Sochonem & Azecham habebat, cibum ferret, & gygantem fortissimum Iudæorum prouocantē audiret, certamen cæteris detrectantibus, ipse sine armis, prohibente etiam Saulo, adgressus, sola funda caput hostis excerebrauit, & in terram præter omnium opinionem prostrauit, tanta uictoriæ felicitate.

STELLARVM

te, ut Saulus omen hoc sequutus millia hostium triginta eo prelio interemerit, ad Alcalonis monia eos persequutus. Hostis staturæ portentosissimæ interēptus oibus admiratione fuit, longitudine pedum, ut Iosephus prodidit, septenum, quadrante minus, ut libri sacri, cubitorum senū, & palmi unius, quæ de os habuit, quadrante minus, pedes, cuius lorica quina siclorū millia, ferrum hastæ præfixum siclos appēdebat sexcentos. Huic numini sacrosanctissimo talē retrulisti gratiā, ut quicumque spectator adsit, nisi saxeo sit corde non possit nō ingemiscere, si non uelit illachrymari. Sed eo unde digressi sumus redeamus, princeps iclytus Magnus, oēs quicūq; ex captiuorū numero insontes reperti, tuto cum rebus omnibus, uxoribus & liberis, sponsæ etiam ob innocentia uita donata, dimisit, prouincia excedere iussit, aqua illis & igni perpetuo interdixit. Criminis atrocissimi reos ac cōplices, generis utriusque, quom a fide sua deficere ad nostrā recusarent, & uitam quidē præstitam uoluissent, opinionis tamen esse antiquæ desertores nollent, in pyrā lignorum aditam coniectos igni uiuos concremari iussit. In quo ueluti supplicio sūmo, ultimo, ut ait iure cōsultus, grauiore, meritas perfidæ suæ pœnas dedere. Et res scelestissima cæde corū expiata est, die Veneris, ante diui Simonis festa. Mirum, quam pro religione sua animo constanti, nec renitentes, nec muliebriter complorantes, inter maiorū hymnos, uitam cum morte commutarint. Nulla certa uenia, aut miseracione digni, qui in mundi authorē tam infanda ausi erant. Quibus paria atate etiam prisca numen iratum sæpe reddidit, quo offenso res eorum semper retro fluxere. Et ut ab antiquissimis ordiar, millia eorum multa, qui Mosen ducem aspernati, in Aegypto, cæteris demigrantibus, mansitauerunt, idololatriam sequuti, ab Artaxerxe, eo qui cognomēto Ochus, Orosio teste, Persarū rege pulsi, intra montes Caspios, claustris repēte post terga subortis, altitudinis tantæ, ut sit negatus exitus, alimonix penuria sepe pētibus adhuc, & animātibus inmundis esuriēter uesci coguntur. Chore, Isaure filius, qui i Mosē criminabatur, cui se Dathas & Abirus, impie in Aaronem murmurantes, iunxere, & referentes sibi prælatum, quom assidua obtreccatione ducenti quinquaginta cum eo de dignitate ad populum decertarent, omnes, cum tota domo uiuos, horrendo terræ hiatu, numen iratum absorbuit, & Aarō

Ciii

& Aaronis dignitatē uirga arida tutata, ramos cum amygdalæ fructu una nocte tulit. Samaria Simeonitarum princeps, Zabrim ecclesiastici uocant, quod lege diuina contempta, sprete Moſis hortatione, Choranium mulierem, generis Madiani, Cozbim uocant ecclesiastici, duxisset Phineæ, immisso in mediis complexibus ense stricto, obruncatus est, puella transfixa scelus peste teterrima millium quattuordecim, ut alii millium uiginti quinque rite expiatum. Achanus, siue Acharus, Charmi filius, ob regiã chlamydem auro cõtextã, prædæ detractam, ecclesiastici pallium coccineum fuisse contendunt, in medio bellico tumultu adẽptũ, cum argenti siclis trecentis, & auri lamina, quom cæteri commilitones data fide, & religione, prædam in apertum retulissent, prodito scelere, dira execratione extra castra productus, lapidibus cum liberis & tota domo protus est. Semper relictis legibus, quom otio longo, & rerum affluentia a uero cultu alienarentur pœnas dedere, Deos Sydonios adorantes, a rege Ammonitarum, auxiliariis Palestinis, Irabehitæ oēs qui trans Iordanem incoluere, breui uicti, nec ante sunt liberati donec reuocato prisco cultu, sub Iepte, Galaadita, liberarentur, qui bellũ facturus, si uictor rediret, quicquid primũ occurreret se uouerat immolaturũ, natam charissimam primo occurrentẽ stulte immolauit. Nonne Helius minor, templi sacerdos, quod in filios, Ofinium & Phineen, indulgẽtiore esset, ita ut ne matronarum quidem sacra aduentium uita tuta foret, ad Aphecũ, bello a Palestinis petitus tria suorum millia amisit, reliquis fuga fœda elapsis. Nonne numine hoc aduerso, restaurato bello, delata ex Sydone in castra arca, millia itere triginta suorum desiderauit: & filios, arcamque inter spolia hostilia, quo nuncio accepto solio excussus uita excessit, uxor Phinees filium eo die enixa in partu periit? Nonne Saulus offenso numine, ad Gelboen motẽ, a Palestinis uictus, Ionatha, Aminadabo, Melchior, filiis, & omnib⁹ copiis extinctis, ipse ab Amalechita occisus est cuius fata mons adhuc testatur sine rore, sine pluuia, retorridus. Nonne David sceleris sæpe pœnas dedit? Abessalonẽ filiũ, statura insigni pulcherrimũ, comãtib⁹ capillis, galea nudatũ, quõ ramo tenaciore subliis pederet, a milite gregario iaculo transfixũ amisit, millib⁹ uiginti occisus, cæteris captis, & dispalatis. Quũ arroganter populũ recessisset, & millia uiroꝝ undecies cẽtũ nũcrasset, peste israhelici pau

STELLARVM

cissimis, diei unius horis septuaginta hominū millia desiderauit.
 Nōne sub Heliachimo rege Nabuchodrosorus, fœdere nupero rup-
 to, omnē iuuentutis florem a Solymis abduxit: regem cepit & im-
 missis militibus interemit: corpus extra muros insepultum abiecit:
 mortalium millia triginta Babylonē abduxit: Nonne sub Nabuch-
 odrosoro inferiore, sinente numine, Sedechias captus, & Babylō-
 nem perductus, luminibus est priuatus, exilio ibi perpetuo dānat:
 Pueri regii forma elegantiores facti enuchi, id quod centesimo ante
 anno Aclaias predixerat, inter quos Sydrachus, Misachus, Ab-
 denago, ita enim sua lingua rex appellitāit eos, qui Ananias, Misa-
 el, Azarias, lingua gentili, qui quom statuam Beli, ex auro cubito-
 rum sexagenum adorare nollent, cum cæteris idololatrīs ad tubæ
 & symphonix cōcentum uocati, uincti, regis iussu in fornacē præ-
 cipitati hymnum in medio camino, illesi, cecinere deo seruatori.
 Quid Daniele: Ezechielem: Mardocheum & sororē eius Heste-
 rem, quā tamen captam, repudiata regina Vasti, uxorē adsciuit Persa-
 rum rex potentissimus Artaxerxes, cognomento Mennon, quem
 Auerum Hebrei appellitant. Quibus omnibus grauiora, quæ sub
 Tito passi, qui Solymas caput gentis obsidione cinxit, tanta fame,
 ut matres proprios liberos edere compulsæ sint, & tali clade, una
 porta cētum quindecim millia cadauerū elata. Vrbem cepit & solo
 æquauit, mortalium millibus sexcētis interfectis, siue, ut Iosephus,
 decies cētum millibus, centum millibus captis, & pecudū more di-
 uenditis, agminatimque toto orbe asportatis. Post quæ tēpora nul-
 læ certæ sedes, nullæ cæremoniæ statæ, sed ridiculæ, ratione non
 minus inepta quā impudenti confictæ, leges, relicto pentateucho
 nomothetæ Mosis, nouæ, sub doctorib⁹, ne dicā traditoribus, glori-
 sematariis. Talmutho enim perfidissimo tātum tribuunt, ut & deū
 mundi opificē, & multa cœlitum millia descendere de cœlo quo-
 tidie, & in eo simul lectitare arbitretur. Cabala, quæ secundum Tal-
 muthum maxime colunt, quasi a deo optimo maximo in Mosen,
 a Mose uiuo in Iosuen successorem sint relata, ab eo subinde per ma-
 nus in posteros, hierophantas præcipue tradita, Quis est, paulo sal-
 tem eruditior, qui nō intelligat esse conficta: Talmuthastrum quæ-
 que ut ineptiis talibus doctissimū, ita & sanctissimū habet, filias for-
 mosissimas huic uni certati despōdēt, hūc unū auita nobilitas & di-
 uitia usuraria manent, Sabbata, Neomænas, in quibus gentium

more, Dianam silentem, & obseruant, & colunt, omen ab eo noua impientissime captantes, Azymos, Thesmophoria, Tubas, Expiatoria, Scenophegia, & ad hæc Encania, & quæ Hesteris aetate addita, Sortes, quam inepte, quam ridicule agunt: non religione ulla, aut sanctimonia, sed per aetiam & luxum. Quicumque inter eos azymos complusculos potis est esitare, calices plures depelere, qui aphrodisia sapiuscule celebrare, saltationibus, & choreis magis insanire, hunc sanctissimum existimant. In his deliramentis homines ignari, ne dicam stulti, redemptorem expectant, quasi inter tales uelit spurcitas Messias nasci, quem in foribus inter tonitrua & fulgura frustra expectant. Non nascetur iterum, quem semel ex uirgine natum tam innocenter, tam crudeliter interemerunt. Quos mos, regi regum Iesui quotidie imprecari, execrari diuos, illudere uirgini Theotoco sanctissimæ, & tintinabulo eius salutorio, mysteriis nostris omnibus, & mystis, quos de rasulos uocant, cœlitibus denique omnibus, quos nos patronos adoramus, rogare sollenniter, ut imperium romanum intereat. Si e nostris quemquam dolis ceperint, obsequi se putant priscis suis numinibus. Quot infantium generis nostri, non dico parua, sed millia, insontissimos uita expoliarunt: manibus ac pedibus reluctantes, & præter naturam supplicantes, osculo, brachiis, carnifices impurissimos amplexantes, tam innocenter, sine ulla commiseratione macularunt: ut esset lægore eorum consultum. An non pudet, lucricupidi, uos aliquando uitæ umbratilis, quam per socordiam, sordido, & uilissimo fœnerandi officio macipati agitis? & inepte tamen superciliū tollitis, quasi soli tam facti, soli ita uitæ ultramundanae prædestinati, ut non sit phas, rabio sulii, leges pãdere, neminem amicum habere, nisi fœnoris gratia, quæ uos aditantem, diabolico tamen interim nomine clanculum excipitis. Pudet, pigetque dicere, quã inepte delira multitudo de anafasi credat, quam, quasi priores nobis futuri, in tumultis sessitantes præstolantur, quam inepte rerum ante actarum rationem reddant, flagitia uestibus leuatis proximis elementis, amni & aeri, mandantes, gallis candidulis, ac gallinis deuouentes, quos mox obesos deuorant. Quod, si uera sunt, quæ homines demetes ineptissime credunt, eant eorum, quos ignis ultor absumpsit, manes, & expectent, an Habrahamus eos, & Helias in hortum deliciarum, angelis infirmitatibus adstantibus excipiant, in quo uitam uoluptariam se acturos

STELLARVM

post mortem, homines impurissimi, inter adulescentulas putant, obsonium facturos de tauro, qui a cataclysmi tēpore de Noæ arca sit reseruatus, in diem mundi extremū, tantæ uoracitatis, ut quoti die mōtes quadringētos depascatur, magnitudinis immanissimæ, cuius cornua tantum distent, ut non possit triduo hyrūdo sedula interuolare. Expectent bardi illi cethum, Leuiathan ipsi nuncupāt, super quem requiescere tellurem somniant, qui si branchias moueat, terræ motus faciat. Eāt mancipati illi abdomini, eant inquā, & bibant de omnibus horti quattuor, uina, mella, lac, & oleum, a quo tantum abest, ut adynata illa credā, ut fabulis anilibus, & de Iyramentis inanibus simillima existimem, sibilisque maioribus explodenda. Sed ne genti scelestissimæ bellum indixisse uidear, quā quam nullum bellum iustius, quam quod aduersus fidei hostes desumitur, et sint ipsi non tantum hostes fidei nostræ, sed signiferi etiam hostium, receptui caram, ac quæ deinceps in patratorem criminis sacerdotem acta, dicere pergam. Maiori supplicio in exemplū ceteris infelicissimus homo adseruat, & hostiochi pœnas dedit. Ver iam appetebat, quom princeps inclytus Magnus, & Balth Assar, germanus, in loco conditionis suæ celeberrimo, emporio litterarū bonarum egregio, sub pontificibus septem exauthoratum, reum peregere, intra æquinoctii tempora, comitiis insignibus, quo die patritii eorum frequentes aderant, & turba feriatā plurima. In laicum ergo deformatus, raso capite, & breuibus indutus, a nomenclatore raptus, carnifici primum dilaniandus traditus est, a foro p urbem curru incarnificinam uectus, pyra uiuus impositus. Patiētiū ille eximia, inter cruciatus diros, pyragris ferreis, iisdemque ignitis excarnificatus, tortorem maiora semper impense orauit, nō modo non increpitans, aut pœnas deprecans, sed quam maximas potuit gratias pro supplicio habens, intercessurum se pollicitus pro eo precibus apud optimum maximum, si, ut speraret, sibi id liceret. Traditorem se fassus sui conditoris, nullam corpori, salutem tantū animi rogauit. Diuam uirginem in medio igni, semiustulatis iam cruribus, hymno, quo salutari a nobis solet, quo ad spirare potuit cantitans, implorauit, & pientissime tandem expirauit, cuius sine dubio manes foeliciter quiescunt, qui scelus tātum, si non a Iudaïs perfidissimis irretitus fuisset, nunquam patrasset. Princeps inclytus Magnus, numini sacrosanctissimo arcis locum, in quo a Iudaïs per

fidissimis confossum, inter cruciatus maximos, mirabile dictu, cir-
 cumuolitauit, in quo tumulatum, nec rescindi a patratore nisi sollem-
 niter potuit, dicauit, nec in usibus suis amplius habendum duxit.
 Diuo dei n Augustino dedicans ad eum ibi coepit insignem, in qua
 Eremita multi uita & moribus integri inuigilant, norma praescrip-
 ta ueri obseruatores. Eandem hanc Hinricus & Albertus, princi-
 pes illustres, patre non inferiores, ad aequilibrium ex asarotis,
 opere museo & uermiculato conditam, epistylis, & tabulis arte
 picturatis. Xylostratis quoque uarie inornarunt, caetera dignissimi,
 qui tali sint genitore prognati, pietatis, religionis, & pacis cultores
 insignes, quorum studium cantatissimum in purganda latrunculis
 prouintia, id quod facinora eorum clarissima, paucis ante diebus
 gesta, declarant. Locus totus a tempore eo frequentissimus, non a
 Germania tantum prima, ac secunda, sed Europa tota petitur, mira-
 cula maxima ac plurima praestat, quae longiora sunt quam ut a me
 libello hoc comprehendi possint, dignissima certe quae se paratim
 libro uno referrentur. Quo fit ut transcurrenter interea capita tantu-
 reru praesequar, omissa nuncupatione, quom nemo fere sit qui eun-
 dem fateri se uelit sanum, qui ualitudinarius fuerit, fidem non me-
 am, sed eorum qui nume loci praesentaneum experti sunt, adstringens,
 quorum testimonia sunt litteris mandata, sub testibus, qui locum
 accolunt, plurimis ac dignissimis. Sciunt illi quod caeci nati, & cas-
 su facti, uisui restituti sunt, tanto numero, ut referendo, fidem haud
 dubie rei abrogaret. Claudii & loripedes, luxi & fracti, posito inter-
 timonium scipione, sani abiire, muti fari coepere, surdi audire. Mul-
 ti qui morbo comitiali, siue Herculio, laborauerunt, soluti. Innumeri
 qui Elephantia, lichenis, & metagra, furunculo, pthyriasi, sanati,
 Cancrena, carcinomatis, uomica liberati. Febrientes, cardiaci, en-
 terocaela, sanatici, letargi, phrenetici, spatici, ualitudini bona resti-
 tuti, aquis summerli, equis aut alto lapsi, ense ac cultris faucii, ad
 uitam reuocati. Hostium manus alii inuocato numine euasere. Alii
 aedes deflagari captas restinxere. Alii carcerem refringere, & uincu-
 lis se expediuere, testantibus passim in pariete suspensis compedi-
 bus, inter donaria partim aurea, & argentea, partim caerea. Naufra-
 gia alii euasere. latrones rebus saluis effugere. Partus difficiles num-
 mine inuocato faciles impetrauere, abortiuos, & emortuos uita red-
 didere. Et, ut innuera alia praeterea, daemones pepulere. Cuius loci

STELLARVM

sanctitatem dæmon etiam ipse, qui religiosum quendam, pace omnium dixerim, inuaserat, ibi sponte, magna adstāte corona, in ipso templo fassus est, numen sum mram ob hesitantes ea uoluisse, se religiosum corripuisse, ut intelligerēt obtrectatores, & blaeterones cæteri nasuti, si oblatrare non cessent, se quoque in illos iturum, talia enim esse quæ haud dubie Iudæos impiētissimos olim, ac turbam malecredulam, ad ueræ pietatis cultum reuocarent. Voluisse locū esse illum celeberrimum, & a multis adeundum, se ideo cum illustrasse. Nam quamuis mundus quidem totus dei sit sedes, ubique numen in se uiueat, loca tamen quædam sortiri solet, ut ibi illustratio eius, ac maiestas potissime sentiatur, & gratia eius, in se manēs, sine mixtiōe, sine diuisiōe, illa illuminet. Sicuti Sol idē manēs, nec in partes diuisus, nec a fōte suo separat⁹, alia magis, ac magis illustrat, de qua re nos in libris his tredecim, quos a didim⁹ de rebus oibus ab origine mūdi illustribus, & propediem emittemus, astatim scripsimus, Platonem, Plotinum, Iamblicum, Synesium, Psellum, aliosque sequenti, catholica tamen fidei temper excipimus, tanquam Achillem Homerus.

Expressum Rhostochii, in ædibus Thuriis,
ad Calendas Aprilis. Anno
M. D. XXII.





175651

AB 175651

ULB Halle 3
002 709 988



TA → OL





lerer, & hoichsuaben: Vi
ruclerorum, Gythoniū pre

